



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 5. De operarijs vineæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

Demonis proprium est, ut animam, quæ malū semen suscepit, tristem ac perturbatam deserat. Sicut bonus Angelus, bono peracto, eandem latam ac pacatam reddit.

6. Messores sunt Angeli, tam boni, qui ad hominis bona conuertunt, ut Deo præsentent; quam mali, qui zizania tua (mala quælibet) simul colligat, ut coram Deo te accusent.

7. Potes ipsem et esse messor, si mala tua scruteris, atq; in examine, confessione, aliisq; exercitiis eradices, aut igne poenitentia & caritatis comburas, te ipsum hic iudicando, ne à Domino iudiceris.



## MEDITATIO V. DE OPERARIIS

VINEAE.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Paterfamilias conducens mane operarios conuenit cum illis de denario diurno: mittit alios hora 3. 6. 9. 11. promittens quod iustum foret.

*Mat. 20*

II. Vesperi missso procuratore, iussit singulis dari pro mercede unum denarium, & primis conquerentibus, dixit: non facio tibi iniuriam, accipe quod tuum est &c.

III. Tan-

III. Tandem conclusit: sicerunt nouissimi primi; & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

## FIG VRA.

*Exo. 12. 37.* EX sexcentis millibus armatorū præcer vulgus innumerabile, qui ex Aegypto profecti sunt versus terram promissionis, duo tantum, eandem attigerunt, scil. Iosue, & Caleb, reliquis omnibus in itinere, varia occasione defunctis.

## P R O P H E T I Ā.

*Ifa. 5. 7. 1.* **V**ineae Domini Exercitum, Domus Israel est.

*Hier. 2. 2.* Plantavi te vineam eleētam.

*Ija. 17. 6* Pauci saluandi erunt, sicut olna relicta  
*Ib. 24.* in olea.

13.

## D O C V M E N T A.

1. **V**ineae, in quam nitteris, vel Ecclesia Dei est, in cuius cultu tibi iuxta vocationem tuam, laborandum est; vel certè est anima tua, quām ita virtutum, palmitibus ornare debes, ut ferat fructus Deo gratos, ac maturos in vitam æternam.


2. Sicut operarii hic variè mittuntur in vineam, venit mane hora 3. 6. 9. 11. Ita ad fidem aut religione in variè vocantur initio, mēdio, aut in finem vitæ, nullus tamen mercedem accipit

cipit, qui non strenue laboret, & usq; ad finem perseueret.

3. Sicut in colenda vinea, multa requiruntur. 1. putatio. 2. ligatura. 3. solis radij. 4. Impinguatio, &c. Sic in salute procuranda. 1. resecanda sunt omnia superflua. 2. ad stipitem ( gratia Christi ) vitis alliganda est, & vinculis firmi propositi; regularum ( V. C. Soliditatis ) aut etiam votorum ( si Deus inspiraret ) constringenda. 3. cum feroce magno & caritate opera exequenda. 4. animaque ipsa crebra confessione purganda, ac pinguissimo SS. Eucharistiae pane impinguanda est.

4. Nouissimi & ultima hora vocati eandem mercedem accipiunt; ut discas Deum non metiri profectum nostrum diuturnitate temporis, quo ei seruimus, sed ex studio verarum solidarumque virtutum, pura intentione, zelo magno ac feroce, contemptu mundi ac sui, conformitate voluntatis cum diuina in omnibus, & quae aduersis ac prosperis. Hinc vides miraculis inclarescere, & iam qui breui tempore SS. fuerunt.

5. Quoniam dicitur: *Multi vocati, pauci electi*, merito timere debes, nisi paucis bonis te adiungas, & viam angustam qua dicit ad vitam, ingrediaris.



## MEDITATIO VI.

### DE VARIO SEMINE.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit turbis: exiit, qui seminat, seminare semen suum.*

V

II. Aliud